



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio prima. Vtrum in homine sit imago trinitatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

### Lib. I. Distinctio III.

11 Ad rationes in oppositum. Ad primam dicendum quod licet in creaturis non inuestigetur Trinitas personarum per modum demonstrationis ex necessitate concludens, tamen inuestigatur per modum cuiusdam adaptacionis, & hoc sufficit ad rationem vestigii cum sit representatione imperfecta.

12 Ad secundum dicendum quod procedit ex falso intellectu, scilicet modus rei sit res aliqua creata alia ab ea cuius est modus, factens cum ipsa compositione quod non est verum, ut declaratum fuit in corpore quartoris.

13 Ad tertium dicendum quod tanto lucis natura dicitur non fuisse creata in numero, pondere & mensura, quia eius effectus est minus limitatus quam aliarum rerum simpliciter tamen cum luce sunt ita creata.

#### Secunda pars tertie distinctionis.

**N**unc vero iam ad eam perueniamus. Superior ostendit Magister Trinitatem personarum & unitatem essentiae per similitudinem imaginis que in creatura rationali specialiter habet esse. Et diuiditur in tres partes. Primo ostendit subiectum imaginis. Secundo ostendit secundum quid attenditur imago. Tertio ex omnibus quae dicta sunt concludit unitatem essentiae & trinitatem personarum. Secunda ibi. Ecce ergo mens. Tertia ibi. Quia propter iuxtam istam. Secunda autem istarum in qua ostendit secundum quid attenditur imago diuiditur in duas partes. Primo enim assignat imaginem secundum potentias. Secundo secundum habitus. Secunda ibi, potest autem alio modo. Item prima diuiditur in tres partes. Primo ostendit imaginis partes. Secundo ostendit in eis similitudinem trium personarum. Tertio dissimilitudinem Secunda ibi, haec ergo tria, ut ait. Tertia ibi, verumnam caueat. Adhuc secunda istarum in qua ostendit similitudinem personarum in potentia diuiditur in tres. Primo inducit probationem. Secundo ponit quorundam distorti manifestationes. Tertio excludit quandam dubitationem. Secunda ibi, mens autem hic accipendum. Tertia ibi, hic aduertendum. Illa pars in qua assignat imaginem secundum habitum, diuiditur in tres. Primo enim assignat partes imaginis. Secundo probat in eis similitudinem personarum. Tertio concludit suum intentum. Secunda ibi. Haec autem tria cum sint distincta. Tertia ibi, mens itaque rationalis. Hec est sententia Magistri in generali.

2 In speciali autem sic procedit magister dicens, quod *Imago Dei* qui est omnipotens in excellentiori parte hominis, scilicet in mente querenda est, non solum prout est *gratia* informata, sed secundum sua naturalia, quia secundum suam naturam est capax Dei, & participes esse potest eius. Et hoc est esse imaginem, postea assignat imaginem in mente secundum potentias dicens quod secundum quod mēs meminit sui, intelligit se, vult se, inuenit imaginem trinitatis in memoria, intelligentia & voluntate. Deinde ostendit similitudinem trium personarum. Et primo quantum ad consubstantialitatem. Illam enim confusione qualitatibus habent ad inuicem, quia sunt una mens & una essentia. Secundo quantum ad distinctionem personarum, scilicet quia habent diversam relationem. Tertio quantum ad aequalitatem, sicut enim ad inuicem aequalia, sicut personae diuinae quam aequalitatem probat per hoc quod se inuicem capiunt, & includunt, quia quelibet distarū personarum capit aliam, & qualibet capit oīs. Et ideo quicunque est equalis oībus. Quicquid enim est obiectum unius est obiectus omnium. Quod autem memoria sic capiat ostē dicit, quicquid est praesens memorie est in memoria, sed me memoria est sibi praefens, ergo totā seipsum caput. Item quid intelligo & volo illud intelligo me scire & velle, sed quod scio me intelligere est in memoria, ergo quicunque est intelligo & volo est in memoria mea, ergo memoria totam se capi & intelligētiā & voluntatem. Quod vero intelligētiā capiat singula sic probat Aug. Omne quod non est ignoratum est intelligentia, sed quicquid est voluntum, vel intellectum in memoria existens non est ignorantum, ergo omne huiusmodi est in intelligentia, & ab ipsa capitur intelligentia, ergo alias caput. Quod etiā voluntas singula capiat sic probat. Omne illud quo vtor est in voluntate mea & ab ea capitur ut obiectum, sed omni eo

#### & Quæstio. I.

23

quod volo vel intelligo vel memoror, vtor, ergo omne huiusmodi est in voluntate mea, cū ab ipsa capiatur ut obiectum voluntas, ergo seipsum capite & alias potestas. Postea determinat quæda & primo quomodo accipitur mēs, & dicit quod mens potest hic accipi duplicitate, veluti prota anima vel cōuentientia pro eo quod est in ea excellens. Secundo dicit quod memoria nō est tantum praeteritorum & absentium, sed praesentium, alias se non casper. Postea excludit quandam objectionem & querit primo quomodo ista tria sunt una essentia cum non videantur esse substantia sed naturalis proprietatis ipsius animi, nulla autem proprietas est essentia, cum in essentia non sit diuersitas & relatio mutua, & solius dicens quod ideo dicuntur una substantia eo quod non accidentaliter, sed essentiale sunt in ipsa essentia anima. Postea ostendit in istis potentias dissimilitudinem respectu diuinarū personarum & ponit duplē dissimilitudinem. Prima est in trinitate diuina, trinitas est unus Deus. Haec vero tres potentias non sunt unus homo, sed hominis vius. Secunda, quia persona vius hominis habet tres potentias illas. Sed in diuinis una persona non habet trinitatem: unde iste tres personæ non videntur esse persona vius Dei, & addit quod in istis potentias est imago, non solum respectu sui, sed etiam respectu dei. Postea assignat alio modo imaginem Dei, scilicet secundum habitum, & dicit quod in mente nostra & amore est imago trinitatis. Postea ostendit similitudinem trium personarum in istis. Et primo quantum ad substantialitatem, quia haec tria vnum sunt. Secundo quantum ad originem, quia ex mente procedit notitia & ab eterno amor sicut una persona diuina ab alia procedit. Tertio quantum ad aequalitatem, quia in quantum est mens intacta se notat & diligit, & utrumque sicut istorum in altero concluditur. Postea ex unitate quae in ista imagine appetat concludit unum Deum, si enim est sicut duo da vel alter superflueret, si eterne esset perfectissimus, vel alter esset insufficiens. Vtimum ex predictis concludit veritatem fidei, scilicet quod in diuinis est unitas essentiae in trinitate personarum, quas personas necesse est esse distinctas relatione processionis, & haec est sententia Magistri in speciali.

#### QVAESTIO PRIMA.

Secunda pars tertie distinctionis. Vtrum in homine sit imago trinitatis.

**C**irca secundam partem principalem huius tertie distinctionis in qua Magister tractat de imagine trinitatis. Primo, queritur utrum in homine sit imago trinitatis. Et postea queritur de partibus imaginis. Quicquid ergo primo utrum in homine sit imago trinitatis. Et videatur quod non, quia beatus Hilarius lib. de Synodis dicit quod imago est eius rei ad quam imaginatur species indifferens, sed nulla una species indifferens potest esse trinitatis diuinae & animae nostrae: ergo in anima nostra non est imago trinitatis.

2 Item infinitas diuina non habet imaginem in aliqua creatura, ergo nec trinitas antecedens patet, quia in creaturis nihil est quod representet infinitatem diuinae proportionis consequentis, quia omnis infinitas diuina sufficit enter inuestigatur ex creaturis, non autem trinitas, propter quod magis deberet habere imaginem quam trinitatis,

3 IN CONTRARIUM est quod dicitur Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et Aug. 14. de Trin. dicit, quod anima nostra eo ipso ad imaginem Dei est quod capax eius participis, quod est potest.

4 RES PONSI O, duo videnda sunt. Primum est quid sit de ratione imaginis. Secundum est qualiter imago trinitatis sit in nobis.

5 Quantum ad primū est intelligendum quod imago importat duo. Primum est similitudo ad id cuius est imago non quecunq; sed secundum ea qua demonstrant rem expressum, ut apud sensum color & figura. Et hoc patet in his quibus vulgariter nomen imaginis attributum. Nam enim alterū defit nō dicimus esse completā imaginē, sed quia istud non sufficit, multa enim sunt sibi similia in colore & figura, & in his qua rem expressius representantur, quorum vnum non est alterius imago, sicut quando-

### Magistri Durandi de

quantumcumq; sit ali ouo simile non dicitur eius imago idem requiritur secundum scilicet q; sit similitudo ab imaginato expressa actiū vel exemplariter diciturenum imago quasi imitago, quia sit ad alterius similitudinē vel imitationem modis quibusdicitum est. Exemplariter quidem sicut pater facit imaginē Herculis vel Sorsis infirmitē & considerans ad Sorem rāg ad exemplar. Actiū autem sicut pater generat filium sibi similem.

6 Et sic duo sunt de ratione imaginis, scilicet similitudo quantum ad ea q; expressis rem representant, & exprimatur ab imaginato actiū vel exemplariter propter primum, vermis non dicitur imago hominis, licet originetur ab homine, quia non est similes: propter secundum ouum non est imago ovi, licet sit simile, quia non exprimitur ab eo, nec exemplariter nec actiū. Hoc quantum ad primum.

7 Quancū secundum dicendū, q; in homine est imago trinitatis: quod pater, quia in trinitate vera est unitas essentiae & pluralitas personari quarum secunda originatur a prima, & terra ab utraque, sed in homine est invenire tres potentias in una essentia, quarū potentiarum secunda aliqualiter originatur a prima, & tertia ab utraque, vt infra patet: ergo in homine est secundū imitatio & imago trinitatis. Potentie autem hec secundū quas imago attendit secundum nomen suum sunt memoria intelligentia, & voluntas: de quarum unitate & origine potesta queratur.

8 A D P R I M A M rationem in oppositum dicen dum q; aliquorū potest esse species indifferens dupliciter. Uno modo participando eandem naturā secundum speciem, sicut filius simillimus patri dicitur imago patris. Et hoc modo in creatura non est imago Dei. Alio modo dicitur aliquid imago alterius, nō quidem participando eandem naturam secundum speciem, sed alteram, speciei tamen demonstrativam, sicut imago Herculis dicitur aliquid sculptum in lapide vel pictum in pariete, quod licet sit alterius naturae, tamen Herculem repräsentat: & hoc modo in creaturis inuenitur imago Trinitatis, & species indifferens, sicut intendit Hilarius.

9 Ad secundum dicendum q; non est simile de Trinitate & infinitate, quia licet infinitas in Deo posuit inueni gari ex creaturis & non trinitas, tamen infinitas cōuenit Deo per abnegationem eius quod est in creatura, scilicet per abnegationem finis & limitationis, propter quod nihil simile habet in creaturis quod posuit dici eius imago: trinitas autem non cōuenit Deo per eam abnegationem. Et ideo potest habere aliquid quod sit eius imitatum & aliqualiter imago.

### Q V A E S T I O S E C U N D A . Vtrum potentia animæ sine idem quod essentia.

Tro. i. q. 77. ar. 2. Scotus. 2. dist. 16. q. 1.

P Ostea queritur de partibus imaginis q; sunt quo ad potentias, scilicet de memoria, intelligentia, & voluntatem. Et queritur primo de habitudine earum ad essentiam animæ. Et deinde de habitudine earum inter se. Quantum ad primum queritur utrum potentia animæ sint idem quod essentia animæ vel aliquid additum. Et videtur quod sint idem. Primo, quia partes vestigia nō dicunt aliquid realiter differentes a re vel additum in qua re est vestigium: ergo nec partes imaginis q; & potentia animæ dicunt aliquid realiter differens ab anima in qua est imago, antecedens patet ex precedentibus, consequentia teneri per simile vt videtur.

2 Secundo sic: essentia animæ aut est per se intellectiva, sensitiva & vegetativa, aut per accidens. Nō per accidens, quia rationale est differentia hominis, similiter sensitivæ & vegetativæ sunt differentiae in predicatione substantiae que sunt in generatione per se à forma: alioquin si conuenirent rei per formam secundum accidentem nō ponerentur in diffinitione indicare quid est res: conueniunt ergo animæ per se. Ex hoc sic: quod est intellectivum per se potest habere actum intelligendi sine quo cumq; alio, sed essentia animæ est per se intellectiva: ergo potest in actum intelligentiam sine quounque alio addito, non potest autem sine potentia: ergo potentia non est aliquid additum essentie.

### Sancto Porciano

3 Tertio ic: omnis forma q; est ratio agendi, si per se subtiliter posset elicere actum (sicut si calor per se libet fieret, posset caelacere). Si ergo intellectus addit alia quam naturam absolutam super essentiam animæ, poterit per potentiam diuinam ab ea separari & per se subsistere: & sic poterit elicere actum intelligendi: hoc autem est impossibile, quia tale accidens posset beatificari.

4 Quarto, quia materia est sua potentia passiva, forma vero accidentalis est sua potentia activa, vt color: ergo pars ratione animæ est sua potentia qualisq; sit illa actiū vel passiva, consequentia patet ex utroq; antecedente. Et primo sic: forma est agere sicut materiæ pati. & ideo secundum commentatorem transmutatio fecit scire materiali, & actio formam, sed materia per essentiam patitur, & non per aliquid additum. Si enim materia per essentiam suā nō subiiceretur immediate transmutationi, sed per alii quid additi trāmutari nō deinosterat materia, sed alii quid additi ergo similiter si forma nō ageret immediate per essentiam suā, sed per aliquid additū, actio nō demonstraret formam, sed illud additum. Ex secundo sic: magis appropinquat ad primum & purum actum, qui est Deus forma substantialis, q; accidentalis. Si ergo accidentalis forma in hoc participat naturam primi actus q; ipsa est sua potentia per quam agit: videtur quod fortiori ratio: ne hoc habeat forma substantialis.

5 IN CONTRARIUM, quia potentia actiū & passiva continentur sub secunda specie qualitatis: sed nisi huius potest esse substantia: ergo potentia rām actiū quam passiva sive aliquid additum super substantiam: anima autem est substantia: ergo, &c.

6 Item quacunq; vni, & eidem sunt eadē, inter se sunt eadem. Si ergo potentia intellectiva est eadem cum essentia animæ: & similiiter potentia sensitiva & vegetativa: se quirit q; haec potentiae erūt eadem inter se: hoc autem est impossibile, quia tunc ester verā dicere quod sensus est intellectus, & quia potentia nutritiva est intellectiva quod est absurdum dicere.

7 Item potentiarum animæ quādam sunt actiū, vt sunt intellectus agens & potentia vegetativa. Quādam passiva, vt intellectus possibilis & sensus, sed idem per essentiam nō potest esse actiū & passiuū, alioquin oppositæ, relationes possint fundari in eadem natura creatura simplici, quod est impossibile, cū illud sit sola propriū naturæ diuinæ propter suam illuminationem: ergo potentia actiū animæ differunt a passiuū per essentiam, quod non posset esse si non dicerent aliquid absolutum additum super essentiam animæ: quare, &c.

8 R E S P O N S I O , Potentia animæ quādam sunt vegetativa, quādam sensitiva, & quedam intellectiva. Et in omnibus deducitur quæstio. Et primo in vegetatiū potentiis: deinde in aliis.

9 Quantum ad primum, notandum est quod cum potentiæ innescantur per actus, ideo oportet aliquid premitre de actibus potentiarum vegetatiuarum: sunt autem tria actus vegetatiuarum potentiæ, videlicet nutritio, augmentatione, & generatio: vt pater, z. de Anima, quorum primus & vitium, scilicet nutritio & generatio, prout dicit introducitonem formæ substantialis in materia possint esse immediate ab essentia animæ prævia rām alteratione secundum aliquas qualitates.

10 Quod probatur sic: simile iudicium est de nutritione in viventibus, & de generatione in omnibus. Sed immediatum principium generationis (prout dicit introducitonem formæ substantialis) est forma substantialis generantis: ergo immediatum principium nutritionis est forma substantialis rei viventis, utraq; propositio probatur. Et primo maior, sicut enim in generatione materia corrupti accipit formam substantialis quā prius nō habebat, sic in nutritione, hoc excepto q; forma quæ est finis generationis prius omnino nō erat: sed forma sub qua fit materia alimenti per nutritionem prius erat, in utroq; tamen, scilicet tam in generatione quā in nutritione fit materia corrupti sub aliqua forma substantiali quam prius non habebat: ergo eadem virtus quæ sufficit ad generationem sufficit etiam ad nutritionem in eodem: & sic patet maior, minor probatur, quia cum ignis generet ignem ex aere corrupto, aut forma substantialis ignis genit; est im-